

USUS E VERSU XXIII.

(1) *Agnosce, homo, Dei, erga te stolidum. inexplicabilem clementiam.*

(2) *Perseverantia in bono, casus aversio, in solidum tribuenda est Deo. Luc. XXII, 32. 1. Cor. X, 31. I, 8. 9. 1. Theff. V, 24. Psal. XXXVII, 24. seqq.*

(3) *Apprehendimur à Deo per gratiam antecedentem, concomitantem, subsequenter, ab hac omne bonum unice: 1. Corinth. XV, 10. Orandum: Matth. XXVI, 41. ne succumbamus: Rom. VII, 18.*

USUS E VERSU XXIV.

(1) *Ducimur à Deo, tanquam Pastore, per verbum, per Spiritum S. &c. Psal. XXV, 4. seq.*

(2) *Confiliò non proprio, sed divinò, nos duci patiamur, nil ipsi prescribentes, nil corrigentes, &c. Psal. CXIX, 24.*

(3) *Ducti per miseriarum vallem suscipiuntur tandem in gloriosa celi tabernacula: 2. Tim. IV, 8.*

USUS E VERSU XXV.

(1) *Creatura omnes sine Creatore vana nil juvant, non eripiunt, &c. omne visibile caducum: 2. Cor. IV, 18.*

(2) *Solus DEUS dilectione dignus v. l. præc. DEUS nobis omnia.*

(3) *Angelorum Sanctorumque presidium est fictitium, B extra DEUM nullum, confidentibus periculosum, &c.*

USUS E VERSU XXVI.

(1) *Inflat mortis consumptio & consumptio, desti-*

A tuent nos caduca omnia; cor ipsum fiet exanime, &c. Mors. Morbi.

(2) *Perfugium in malis extremis unicum ac securissimum ipse DEUS! suscipit is in morte spiritum Psal. XXXI, 6. defendit adversus demones incurstantes, potentes, &c.*

(3) *Æterna nostra portio DEUS cum bonis suis omnibus: 1. Corinth. XV, 28.*

USUS E VERSU XXVII.

(1) *A DEO longinqui sunt, qui terrena saltem curant, verbum vilipendunt vel in dubium vocant, soli rationi in omnibus magisterium permittunt. Hi ipsi pravam deserunt scaturiginem; Jerem II, 13.*

(2) *Hujusmodi mundanis certò imminet pernicietas tam temporalis quam æterna.*

(3) *Amor vel superstitionis, idololatria aut religionis falsæ, vel morum seculi pravorum, nil aliud, quam spiritualis Scottatio. Jerem. III, 3. seqq.*

USUS E VERSU XXVIII.

(1) *Appropinquare & adherere Deo beatitudinis universa fastigium. L. de unione fidelium cum Christo. Phil. IV, 4. Luc. X, 42.*

(2) *Fiducia non alibi quam in Deo solo collocanda: Jerem. XVII, 5. seqq.*

(3) *Optimum pie mentis negotium, recensere pro viribus, universa DEI opera, tam vetera, quam moderna: v. II. præc.*

PSALMI LXXIV. DISPOSITIO.

Ecclesia querulans.

Quousque? libera.

Meris fermè constat hicce psalmus suspiriis contra hostium insolentiam, desertionemque divinam; adeoque conqueritur

I. De ecclesiæ desertione; (1) *quare in seculum vel adeò constanter rejecisti gregem pascui tui?* (ubi simul subest ratio, seu debitum pastoris erga gregem:) (2) *quare tantopere irasceris?* v. 1.

II. Orat pro (1) benignâ recordatione: v. 2. Ratio (a) *cætus est tuus:* (b) *acquisivisti illum jam dudum:* (c) *redemisti tanquam portionem hereditariam:* (d) *in monte Sion habitasti:* ibid.

(2) Pro gratiosâ appropinquatione: *leva gressus tuos;* v. 3. Ratio: (a) *vastitates sunt nimis diuturnæ:* (b) *hostis omnia corrumpit in sanctuario:* ibid. (c) *hostes tui in medio festorum vel congressuum sacrorum rugierunt:* v. 4. (d) *signa sua statuerunt:* ibid. (e) *succidunt, comminunt, incendunt tua sacraria horribiliter:* v. 5. 6. 7. 8. (f) *privamur signis nostris, item prophetis & viris sapientibus:* v. 9. (g) *hostis convitiatur blasphemè Dei nomen:* v. 10.

(3) *Pro manuum divinarum contra hostes ex-*

tensione: v. 11. Ratio: (a) Deus est rex meus ab antiquo: v. 12. (b) Salutes semper exhibuit in terræ medio: ibid. (c) dirupisti mare: v. 13. (d) capita draconum confregisti: ibid. inque pabulum dedisti: v. 14. (e) fontem torrentemque dedisti: v. 15. (f) fluvios grandes exsiccasti: ibid. (g) tuus est dies atque nox: luminaria & solem parasti: v. 16. (h) terræ constituisti terminos: v. 17. (i) æstatem atque hyemem determinasti: ibid. (k) nihilominus hoc sanctum tuum nomen convitiatur hostis: v. 18.

[4] Pro ecclesiæ liberatione: *ne des animam turturis tui bestie: nec adeò obliviscaris afflictorum tuorum vitæ:* v. 19. Ratio: [a] *en fœdus tuum:* v. 20. [b] *ubivis caliginosa terra, nec non habitacula violentiis oppressa:* v. 20. [c] *miser ne confundatur, sed nomen potius tuum laudare ansam habeat:* v. 21.

III. Concludit piò vitò, priora in summam velut contrahente: [1] *petitum: surge, causam tuam age, recordare:* vers. 22. [2] *ratio: ignominia tibi ipsi infertur quotidie à stulto:* v. 22. *tumultus adversariorum tuorum ingravescit indies:* v. 23.

PSALMUS LXXIV.

EXPLICATIO VERSUS I.

מְשַׁכֵּל *Informans:*] nempe canticum, puta, de irâ Dei adversus populum peccantem, deque modò iram eam declinandi. Lutherus: *Unserweisung*. Primus psalmorum hęc titulò predictorum fuit *trigesimus secundus*, quem vide Coppen-

ad vers. 9. censet, autorem psalmi hujus esse aliquem ex posteris Asaphi; de quò jam non dictebimus, unde ipsius probet *Ἰσχυροῦς*, remittimus ipsum ad *Coccejum*.

לְאִשָּׁף : vide *Psal. L, 1. Piscator* de tempore captivitatis Babylonice; ita & *Liranus, Hopfnerus, Muir.*